

## Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

### Wersja sandomierska

Rękopis Archiwum Archidiecezjalnego w Gnieźnie, sygn. 104, k. 113–114

Odczyt: Maciej Mikuła, *Prawo miejskie magdeburskie (Ius municipale Magdeburgense) w Polsce XIV – pocz. XVI w. Studium o ewolucji i adaptacji prawa*, Kraków 2018, s. 345–346

Artykuł 100

[100] De sculteto, si aliquem impedit in sua querela<sup>a</sup>.

·C· Nunc<sup>b</sup> atten[.] datur super eo, si scultetus aliquem impedit in sua querela et sibi iusticiam non fecerit, et hoc sibi iniuste recusat. Si pro eo coram castellano aut advocato impulsatus fuerit cum testibus, extunc cum testibus ipsum evadere oportet. Cum qualicunque testimonio super iudicem querulatum fuerit, tali ipsum iudicem testimonio evadere oportebit, sive sint scabini aut alii stantes iudicio. Sin autem hoc coram iudicio bannito actum fuerit, tunc melius vinci potest testibus iure, quam ipse testibus evadere possit. Sin autem vir cedere voluerit a testimonio et [k. 113v] ipsum inculpare pro suo scitu, de quo unica manu evadere potest. Quando querimonia super ipsum coram advocate ficerit pro hac causa, pro eo respondere tenetur sine mora, ita quod ibi sit iudicium bannitum, quia ipsum oportet ibi esse presentem, nisi legale impedimentum ipsum occupaverit. Quod impedimentum statim probare oportet. Si hoc non ostenderit et non nominaverit, et hoc per iusticiam facere denegaverit se excusare de sua iniuria, quam exercuit, et se ad iusticiam exhibere [debet], extunc condempnatur advocate in [c] decem talentis [c] idem [.] advocate <<sup>c</sup>scultetus d> et illi suum debitum, de quo denegavit, facere iusticiam, et medio quo illa [s] non solvit solus, aut se iure excusaverit iudicio proximo, tunc nullus iudex esse potest, nisi se ex hac culpa eximerit, secundum ut est premissum. Sin autem pro facto criminali, pro quo iudicium facere recusavit, sicut pro vulneribus aut homicidio, aut furto, aut spolio, aut ecclesie violent[i]a, aut incendium [s], aut hiis similia [s], que crima capitalia tanguntur, idem iudicium super eum, quod super illum ire debuerit, pro eo nec recompensam, nec aliquit facere potest, si in hiis vincitur, ut iuris est. Sin [c] autem [e] [k. 114] Sin autem [s] unus vir pro debito in captivitatem publicam presentatus fuerit ad tenendum iure, si ipsum amiserit aut si evaserit absque sua culpa aut negli[g]encia pro crimine, quod transit ad collum, pro eo solvet integrum recompensam. Sin autem pro manu, tunc medium solvit recompensam et hoc ipsum iuramento probare oportet tacto sacramento, si sibi parcere noluerit, quod ipsum absque omni sua culpa amiserit. Integra recompensa <·nota·><sup>f</sup> facit decem et octo talenta, media recompensa facit novem talenta.

<sup>a</sup> rubryka zajmuje trzy wersy, dwa ostatnie wespół z tekstem artykułu; <sup>b</sup> N zdobione motywami roślinnymi; <sup>c</sup> poniżej szkic o motywach roślinnych; <sup>d</sup> powyżej nad *advocatus*, ręką tożsamą dla dopisku do art. XLVIII; <sup>e</sup>

*przy dolnym brzegu strony w otoczeniu motywów roślinnych quartus quintus, z kolei w prawym dolnym rogu przekreślone unus; <sup>f</sup> na marginesie*

[hasła: sołtys, skarga, sprawiedliwość, przestępstwo sądowe, uwolnienie od skargi, ławnik sędzia, odpowiedzialność, przeskoda, świadek, wójt, skazanie, dług, wina, przestępstwo, kradzież, zranienie, zabójstwo, podpalenie, kara śmierci, zapłata, wynagrodzenie, przysięga, kościół]